



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Series Magistrorum Prussiae Provincialium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

SERIES MAGISTRORUM

In hoc Catalogo Magistrorum, L. B. animadvertis, primis Magistris neque annos, quibus electi, neque quibus mortui sunt, additos esse, cum apud antiquos Historicos, in primis Dusburgensem nostrum non reperiantur. Recentiores, in quibus Schüzius, in annis assignandis meris utuntur conjecturis. Neque Dusburgensis noster annos illos accuratè scire potuit, cum Magistri illi non in Prussia, sed in Germania aliisque Provinciis habitarent. Quare non nisi diem mortis præcipuorum Magistrorum ex Anniversariis sacris & Cruciferorum Fastis, qui hodieque reperiuntur, annotavit. Hunc nos sequi maluimus, quàm suos cuique annos assignando ansam præbere certissima etiam in dubium vocandi.

*Series Magistrorum Prussiae Provincialium.*

Nobilissimo atque Amplissimo  
DN. GOTFREDO ZAMELIO,  
concinnata.

Electus

Obiit.

An. 1230. Hermannus Balk, quem Balth. Ruffovius, Falk; Chronicon vetus in Fol. *Walck* appellat, secundum Grunovium  
1239. Popo (vel Pappo) de Ostera. In Privilegio Culmensi An. 1233. Kal. Jan. dato, inter testes ponitur tantùm nomine Fratris. Idem in Privilegio, quod Henricus de Hohenlœ Mag. Gen. An. 1246.

An. 1233.

Elbin-

Electus

Elbingensibus dedit, inter testes ponitur, ut Magister Prussiae Provincialis. Videtur hic proximè sequenti anno in Germaniam abiisse. Postea factus Ordinis Magister Generalis.

1246. Henricus de Weide. Obiit in Germania, ut ferunt An. 1250.

In hæc tempora & fortassis etiam priora incidit Regens Fridericus de Fochsberg, de quo Grunovius.

1250. Ludovicus N. fortassis de Queden apud Grunovium

1254. Gerdo (Gerhardus) de **Hersberg** / abdicavit se Magistratu.

1256. Hartmannus de Kali (in Chron. Germ. in Fol.) & Hartmannus de **Grünbach** à Pontifice Romano Magistratu motus. Vid. Dusburg.

1259. Helmericus (Henricus) de **Reichberg** / aliis **Richtenberg**. In mandato quodam Annonis Mag. gen. vocatur tantum Helmericus.

1265. Ludovicus de Baldersheim.

1271. Theodoricus de Gadersleben.

1274. Conradus de Tierberg, Senior.

1279. Conradus de Feuchtvvangen, alii scribunt Wuczvvangen, alii aliter. Postea Magister Provincialis Livoniae, & postremò Magister Ord. generalis.

1280. Manegoldus de Sternberg. Ex eadem fortasse familia fuit Michael à Sternberg cognomento **Rüchmeister** Mag. Ord. Gen. Alii legunt **Mangold von Steinbach**.

1283. Conradus de Tierberg Junior. Privilegio cuidam An. 1288. à Burchardo de Schvvenden dato subscripsit

(c)2

etiam

SERIES MAGISTRORUM

Electus

etiam inter testes Conradus de Tierberg Marschalcus: sed fortasse alius ab hoc ex eadem familia fuit.

1288. Menkeo (h. e. Meinhardus) de Querinford. Comes in Querfurt Saxonum. Hujus Mater Jutta summa apud Prussos fuit in veneratione.

Hic Funccius in Chronol. interserit Gotfridum N. fortasse de Hohenloe.

1289. Ludovicus de Schippen. Ita vocatur in Privilegio quodam Anni 1299. Dusburgensis eum appellat de Scipe. Alii Schillfing dictum putant.

Hic Funccius interserit Martinum de Golin fortissimum illum virum, qui vulgo vocabatur der Herr Unverzagt.

1300. Helvig de Goldbach Thuringus. Concessit in Germaniam.

1301. Conradus Sack. Excitavit arcem Golub sive Golba, ubi abdicato Magistratu mortuus est.

1307. Henricus Comes Saxonicus in Ploczke. Postea Comendator Magnus.

*Series Magistrorum Livoniae Provincialium*

ex

SCUZIO, BALTHASARO RUSSOVIO,  
ET TH. WAISSELIO.

Vinno Primus Magister Ensisiferorum in Livonia.

Volqvinus secundus Magister Ensisiferorum.

1238.